

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CURANDIS.

LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENT. LIBRI.

Ventriculi exemplo uniuersas partium intemperies curare docet, siue illae quidem simplices, siue cum succorum affluxu consistant.

Galenum ueritatis ac scientiae studio inflammatum ad exercitationem tantum, ac ob amicorum preces, hos, & reliquos omnes libros scripsisse.

CAP. I.



B Edendi methodum, Eugeniane charissime, quam olim in Hieronis gratiam scribendam suscepseram, poltea q̄ illum subito longum iter ingredi coactū, non multo post diem obijisse nunciatum, ipsi quoq; perfequi destitimus. Tu. n. mihi conscius es, neq; hoc me opus, neq; aliud vllum, popularis aurē studio fuisse aggregsum: sed quo vel amicis gratificarer, vel meipsum simul vtilissima ratione ad rem propositam exercitarem, simul t̄ {ad obliuionem seni} (vt Plato inquit) cōmentarios mihi reponerem. Quippe multitudinis laus, cōmodum ad usus nōnullos instrumentum viuentibus aliquando est: mortuis certe nihil prodest; sicut neq; viuentium qbusdam! Nam qui viuere in tranquillo optarunt, ac fructum ex philosophia ceperunt, & ijs quae corpori curando sufficiunt, sunt contenti, ijs vtq; impedimento non paruo est apud vulgū fama, vt quae eos à rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferat: veluti me quoq; non ignoras ab ijs, quae sunt molesta, sic nonnunq; tādio affectum, vt bono interīm spatio ne tangere quidem librum possim. Ego vero (haud scio qua ratione) ab ipsa vsc̄ adolescentia mītrifice, siue inspiratus, siue furore percitus, siue quomodocunq; dixisse libet, & vulgi famam contēpsi, & veritatis sciētiaeq; studio flagraui, nullam esse hominibus nec honestiorem nec diuiniorem possessionē ratus. Atq; ideo nulli librorum meorum nomen meum prāscripsi: immo vos (sicut ipse testis es) rogaui ne me immodice (vt soletis) apud homines laudaretis: nec nomen meum operibus qua proderem, inscriberetis. Ob hæc igitur oia etiam medendi methodus quā inceperam, à me est depo sita, cum capita inuentorū brevibus cōmentariis mihi ipsi scripsisse, nec vllā pleniōrem docēdi rationem etiamnū adiecissem. Nunc qñ & tu, & alij ex amicis nō pauci exigitis que subinde me ope in egris peragerē vidistis, vt ea in cōmentarios redigā, adiçiam huic operi quod reliquū est.

Quid superioribus libris est actum, quid sequentibus agendum, & quod imbecillitatis affectum

Empirici & Dognatici non recte intellexerunt.

CAP. 2.

E Rgo in horum cōmentariorum tertio, quarto, quinto, & sexto, quemadmodum similarium instrumentaliumq; partium cōmunem morbi curari conueniat, scripsoram; idcirco nimirū ab eo auspicatus, q̄ & conspectior reliquis esset, & eidēter oēs propemodum priores medicos, qui certa methodo artem tradere polliciti, amethodi in ipsis curationibus deprehenduntur, confutaret. Nam cum ab Hippocrate discesseris, qui nobis omnīū salutarium præceptorum semina præbuit, reliquorum certe nemo vel conatus est genus hoc morbi methodo curare. Postulat aut & quae Hippocrates ipse reliquit, non malos agricolas, qui ea tū seminent cōmode, tum augēat, tum perficiant. Id autē fecisse ante nos neminem, sed plerosq; etiā semina quae reliquit, corrupisse, ijs qui alium aduerterunt, clare monstratū arbitror. Itaq; hoc morbi genus vel continuitatis solutio nē, vel vnitōnis, vel qualitercūq; est libitū, appellare cuiq; pm̄ilimus: qñ de nominib; nec in hoc opere, nec in alio medicinaliū vlo laboramus, sed quo pacto artis maxime finē cōsequamur. Reuertamur autē nunc ad morbum eū qui oīum est primus, nēpe qui in similaribus nascit, qbus scilicet primum animantis functiones referunt accepta. Siquidem monstratū in alijs operibus est, quemadmodū instrumētaliū quāq; partium aliqd agere dicamus, veluti oculū videre, aut crurū ambulare. Esse. n. sicuti id quod prēcipuum est actionis crurū, non cruris totius, sed musculis in eo generis: sic visionē nō oculū totius, sed crystallini in ipso humoris: ac in reliquis quibusq; organis ad portionē. Porrò ostensum in secundo horum voluminum est, genus hoc morbi non solū cognitū esse maxime necessarium, sed etiam nemine ipsum ratione curare posse, qui prima corporis elemēta non norit. Preterea nō intelligere ea que dicant nonnullos eorū, qui rationales se nominant, quoties imbecillitatē esse dicunt vel ventriculi, vel intellīnorū, vel iecinoris, vel oculorum, vel alterius cuiuslibet partis. Si nanc; ita nominant infirmitatē imponētiāq; ad naturale opus, nihil plus plebeio intelligent, quippe quē dicere audias imbecillū sibi ventriculū esse: non enim concoquere eū vel minima leuissimāq; que sumplit. Quod si imbecillitatē que est in ventriculo affectū quēpām esse aiunt, interpretent queso nobis quem nam demū hūc esse volunt, quēadmodum in phlegmone fecerūt. nam Empirico sat fuerit, si symptomata labo-

Septima Classis,

fffff iij rantis

Vit. 5. l. 2. cap. 6. 9. et
diff. morb. cap. 6. H.

Vit. 2. L diff. morb.
cap. 5. 6. et superius
lib. 2. cap. 4. b.

Gal. methodi medendi

Brantis particulae exposuerit: nempe tumorem preter naturam, & renixum, & pulsatilem dolore, & tensionem, & ruborem, aliaqz id genus: imponitqz nonnunqz breuitatis docendi causa cunctis simul collectis vnam nomen, sicuti comprehensilis iam phlegmonen. Dogmatici vero non itidem: sed ipsam morbi naturam inspicunt, qua symptomatum illorum collectio necessario sequit. Siquidē
it s. t lo. aff. cap. 3. b. Eralistrato videtur sanguis qui in arterias incidit, vbi spiritu impellitur, in exitu earū impactus hærere: idqz phlegmone esse. At par (arbitror) erat vel Eralistratū ipsum, vel aliquem ex sectato ribus eius, simili modo affectū, qui in imbecillitate cuiusqz partis subest, interpretari. Tāq. n. de phlegmone in quid nam translatus naturalis partis habitus sit, explicuit: ita ratio exigebat, vt & translatio cuiusqz particule in imbecillitatē, ab eo explicare. Non. n. cum pro natura ratione est affecta, ad ppriam actionem est imbecilla: sed accessit oīno aliqua preter naturā occasio, que eam dissoluti defecit, & mortue similē effecit. quā vtiqz nec Eralistratus dixit, nec Herophilus, nec aliis quispiam medicorū, qui de primorum corporū natura ausi aliquid pronunciare non sunt.

Communis methodus intemperiei dignoscendæ, & curandæ.

CAP. 3.

Ceterum, immorādum in his diutius non est, cum prēsertim abunde prius monstratum sit & genus hoc morbi utilissimum esse quod à medicis disquiratur: & qui cōmode id sit tractaturus, huic necesse prius esse de elementis considerasse. Itaq; qui nobis habendus sermo est, is totus ex prius demonstratis elementis absoluef, de quibus vnum (vt scis) volumen edidimus, qđ De elementis secundū Hippocratem inscriplimus. Sane eadē opinio de corporis natura est tum Diocli, tum Mnesitheo, tum Dieuchi, tum Athieno, tum probatissimis fere quibusq; medicorū, itidem vt prēstantissimis philosophorum: vt qui ex calido, frigido, humido, & sicco mista putent tum alia corpora vniuersa, tum vero animalium in primis. Ceterum ei qui de his oibus primū pronunciat, demonstravitq; iustū est arbitrio reddere quod inuenit. Ideoq; & nos ea secundum Hippocrate elementa vocamus: etiā si maxime Chrylippus, Aristoteles ue, aut alijs quispiā medicus philosophus ue similiter de ijs sit opinatus. Ergo, qm̄ vnaqueq; animalis particula p̄priam actionē edit, queq; tñ ab altari actionibus differt, quantū ipsa particula ab alijs quæ illas edunt, est diuersa. (Differt vero ab alijs particula queq; eo q; calidior, vel frigidior, vel siccior, vel humidior sit; aut q;binis horū quibuslibet sit affecta. qui tueri actionē vult, hic tēperamentū earū custodiāt oportet. Custodiāt aut, si id quod ad calidius est conuersum, refrigerabit: quod ad frigidius inclinatum est, calfaciet: Pari modo si quod ad siccus est alteratum, humectabit: & quod ad humen- tius est versum, siccabit. Rursus quoq; si siccabit pariter ac calfaciet quod humidū est redditum, & frigidum: siccabit & pariter & refrigerabit quod humidus simul & calidius equalit: & in reliquis durabus cōiugationibus ad portionē. Semper. n. pro eo quod exuperat, inducēdum eousq; contrarium est, quoad particularam in symmetriam, & naturale habitum vindicaueris. Ac genere quidē, omnis ægritudinis, quæ in similaribus consistit, iā dicta mihi medēdi est methodus. Cū. n. octo carum sint differētiae, veluti in librī de morborum differentia est traditum, octo nimirum erunt & medēdi rationes, quarum vna (quò medentis consilia diriguntur) curationis meta cōmuniſ est ipsius similaris corporis alteratio. quandoquidē etiam morbus ipse ex intēperie & naturalis tēperamenti alteratione est ortus. At quæ mēbratim medicatio agitur, ex his duobus cōficitur, nempe materiae copia, & huius congruo vſu. Ac medicamētorum quidē copiam, tum ex libro de simpliciū medicamētorum viribus, tum ex eo qui de corū cōpositiōne p̄cipit methodo, haurias licebit: Eorum quæ ad victus rationem pertinēt, hinc sumimus. Sed & quemadmodum cuiusq; morbi intēperiem agnoscere oporteat, ex tribus operibus intelligas, primo eo quod de Temperamētis, secundo eo quod de Partibus afflēctis, deinde eo quod Ars medica inscribitur. Non est igit̄ ad ea quæ nūc ordimur, ijs qui prudētes natura sunt, ac cogitationē in primis exercitarū, multis p̄terea opus, cui neutrū horum adeſt, huic certe ad plēntem disputationē non parua re est opus. Quod si in partiae doctrinę secta p̄terea sit altus, hic geminum t̄ps requiri: alterum in quo prauas opiniones dediscat, alterū in quo melioribus se exerceat.

* морі си.і.рат
тісулж,

f Antiqui rod.
habent i a u t w
t a k a t a d e s
p o s i t u p i s o n e n
i . v t (ille alter)
p l e i p s u m p a r
t i c u l a r i a i n u e
n i a t.

pharmac

CAP. 4

Sanè scimus & ex ijs que in vniuersum dicta sunt, particularia p te inuenire posse: & alioq
multos id genus morbos à nobis pecuratos vidisse sic, vt vtraq; ratione particulariū tracta-
nem minus requiras. Sed qm̄ (vt Plato ait) non possunt que scripta sunt, non è manibus exci-
dere: quò siqñ liber in alterius nō exercitatæ rationis manus deuenirit, facilius hñc doceat, adiici
particulariū quepiam oportet: ex qbus etiam ptnus clare id quod pxime dixi, intelligetur fieri
posse, f- vt p te ipsum particularia inuenias. **H**Si quidem ipse ea p me ipsum oia inuestigauit, ratio-
ne ipsa viam monstrante: qñ si preceptores secutus fuisset, ipse quoq; ventriculo imbecillis sua-
fuisse, vt cibis adstringentibus, & subamaris vterentur, vino quoq; similiter austero, præterea
absinthio, & quod ex malo cotonei cōficitur succo, alijsq; eiusmodi que deuorantur medicamē-
tis. At vero quod ad ea pertinet que extrinsecus applicantur, p rimum perfundi ventriculum ex
absinthio & oleo crudo iussisse: mox hapsum lanæ, tum ex ijsdem iplis, tum vero ex vngueis
melino, & mastichino, & nardino imponi: ab ijs ceratū ex ijsde compositum: post alia pharmaca,

A vtiq; ceratis valentiora, quæ à medicis vocantur epithemata. Et cum ex dictis vnguentis, tum ex ijs, quæ similem vim obtinent medicamentis cōponuntur. In quibus est aromatum quoq; multitudo non parua: spica nardi, & amomum, & calamus aromaticus, & iris, & ladanum, & malabathri folium, & styrax, & bdellium, & opobalsamum, & balsamū, & xylobalsamum, reliquusq; aromatum catalogus. Quod si horum nihil proficiat, cōmune omnium remedium, quibus imbecillitas nocet, in fine adhibuisse, nempe rubrificationem, (Φωνιγμὸν græce vocant) qua vel p̄ thapsiā, vel sinapi, vel tale aliquid excitatur, deinde ad vsum aquarum cālidarum ablegasse. Quippe vltra hęc Empiricus nihil nouit, veluti cōmentarij eorum docent. Quintus vero ijs, qui de cruditate, aut inappetentia quererētur, primum quidem exercitari suadebat, tum esse quæ & concoctu quām facillima esent, & non multa, quibus hæc non cōtillissent, cogebatur ipse quoq; ad Empiricorum dogmata configere. Nam quis nescit quemadmodum calidum, frigidum, humidum, & siccum mordere sit solitus, balneatorū esse nomina dicitantur. Sine quibus tñ methodo curare partium imbecillitatē oīno non est. Quare per hos nihil obstat, quo minus ipse quoq; eadē institutum via in eiusmodi affectibus sanandis. Verum ratio me docuit octo imbecilli ventriculi curationes. Vidisti igitur & tu quosdam vno die, vel potius hora, frigidae potiōe leuatos,

B quorum alijs non aquam modo dedi fontanam recentem; sed etiam quæ niue esset refrigerata, veluti Romæ præparare solent, calfaciens scilicet prius, quam ipsi dico cātam appellant, cibos p̄ terea ad eundem modum refrigeratos identidem me illis permittere vidisti. in quibus est & quā Melcam vocant, vnum is quoq; Rome laudatorū ciborum, veluti etiam aphrogala; sed & frigide facultatis fructus, similiter refrigeras ijsdem dedi; & ptisanam probe coctam, par i ratione refrigeratam, aliaq; id genus sexcenta. In qbus vnam r̄ mihi, pposui, ipsam scilicet refrigerationē. Vetus aut absinthium & quicquid adstringeret cōtingere, veluti alios rursus à refrigeratiibus abstinui. Calfeci aut omni ratione, vīnū vetus ex eorum genere quæ facultate valde calfaciū exhibens: (cuius maxime generis sunt Falernū, & Surrentinū) tum nutrimentū quod calfaciēdi vim habet, cū largo pipere in nōnullis omne consilium curationis ad siccādum direxi: dabamq; ijs tum cibos qui natura esent siccii, ac p̄be assati: tum prorsus exigua portionē in iuxta aūt & adstringentium oīum vsum. quē vnum q illis citra rationē medentur, norunt. Alium vero non p̄dē, qui iam adeo siccatus fuerat, vt simillimū habitum p̄ferret ijs, qui marasmo marcescunt, lanaui, contrarijs oīno exhibitis ijs, quæ egregij isti medici susaserāt. Quippe non ex alia occasione eo periculi venerat, (cū inter initia exiguā intēperie ex siccitate, quæ madeficeri postulabat, habuisset) q ij, qui eum curandū suscepérunt, tum absinthio potates, tum amaros asparagos, & bulbos edēdos dantes, itemq; mala cotonea, & cestiana, & punica; post quoq; vbi venter nihil horū continebat, etiā rhois succū bibere cogentes, tum quē paulo supra dixi extrinsecus imponētes, paulo minus omnis madoris expertem reddiderunt, hunc nos sanauimus omni ratione humectantes, ipsiq; materiam inuenientes ex ea methodo, quæ in opere de medicamentis est tradita.

Quæ ventricidi intēperies citius, ac securius, quæ longo tempore, & cum periculo sanentur. C A P. 5.

* ap̄torū est
i imp̄fis, sed
i manuscriptis
ap̄torū s. in
ventione.

N Am sicuti in libro de demonstrativa sc̄cta dixi, numerosis medicorum inter se dissidijs vndiq; confusis, vbi me ad iudicandum de his conuersti, intellexi prius in demonstrativa methodo exercitandū me esse. Quod cum multis deinceps annis fecisse, singula ipsi dogmata subieci: atq; prout inuentorum indicatio me ducebat, ita curationes institui. Verum qm id non oēs saltem possunt, expediet ipsis scribi p̄ octo curandi indicatiōes particularis materiae cōparanda meditationes, à ventriculo rursus sumpto initio, qm huius primum mentionem modo fecimus. Ac facillimæ quidem ad curandum alterationes sunt, quæ ex calido, & frigido consistunt, propterea q maximē actiūs qualitatibus corrigitur. Egris curant quæ in humido, siccōq; habent, q imbecillis & (vt sic dicam) magis materialibus qualitatibus eorū curatio perficit, potissi-

D munq; cum humectandum esse requiritur. Ac tempus qdem caloris frigorisq; reparandi, par quodam modo est; securitas tñ impar. Nisi n. cuncta que ei quod curatur circūdata sunt corpora, valida planè sint, metus est ne ab ijs quæ refrigerant, noxam contrahant non leuem. In reliq; duabus qualitatibus securitas similis est. Tempus curationis in siccā intēperie multo amplius.

Quippe quod seniū in sanis est, id siccā intēperies est in ægris. Itaq; etiam infanabilis est, si prorsus sit consumata. Est aut prorsus cōlumata, vbi solida similariū partium substātia redditā est siccior.

De quadriplici corporum curanda siccitate, ac de optimo melle, & latte, ceterisq; cibis, qui

siccatis corporibus conueniant, eligendis.

C A P. 6.

N Am est & altera siccitas, vtiq; cum ea, quorum substantia ex humore cōcreto constat, sicut caro & adeps, sunt liquata. Etiam tertia, cum propria humiditas vnde partes nutriuntur, omnino est absumpta. Continetur ea in omnibus animaliis partibus, ceu ros quidam per eas spar sus, de qua dictum aliubi sepe est. Hanc igitur inserere particulis sine nutrimento non est. Ideoq; difficillima est omnium eiusmodi affectionum curatio. Diuersa ab ijs siccitas est, quæ in proprijs cuiusq; particulæ exilibus arterijs venisq; consistit, prouenit & hæc ex sanguinis penuria. Oibus itaq; his siccitatibus maxime contrarius est austeriorum v̄sus, siue ea cibi sint, siue potionē, siue etiam medicamenta, quippe quæ siquid in ijs superest naturalis humoris, id absument, partim

Septima Classis.

fffffff iiiij ebibētia,

Gal. methodi medendi

ebentia, partim in sinum ventris per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes partes trudentia. Curabis igitur ipsas, si meatus, qui contracti sint, dilataueris: ac quod in vicinas particulas est cōpulsum, reuelas. praterea singulas simularium partium propria humiditate, humectantis nutrimenti ope, repleas: veluti nos quem memorauimus à medicis siccatum, curauimus. Is in ea contrarietate, que in frigido & calido consistit, nullam euidenter vincentem habebat in temperiem, nec in vniuerso corpore, nec in ventriculo: siccus tamen & gracilis admodū est redditus, propterea quod ventriculus eius ex siccā intēperie imbecillus male concoxerat. Huic nāq; omne curationis consilium hoc tendebat, ut humectaretur tum ventriculus ipse, tum reliquum omne corpus. Quibus autem singillatim agendis, quibusq; maxime materijs sim vſus, vt voti compos essem, non sit ab re dicere. Dōnum ei parauī maxime balneo vicinam, quales multas esse in diuitiis domibus non ignoras. A hac statim in balneum super linteis mane intuli, vt iq; ne si ipse se moueret, tum siccaretur, tum antequam cōmodum esset, exoluere tur. Horum enim alterum contrarium affectui est: alterum moram in balneo minuit. Longissime nāq; in aqua versari hominem expedīt. ideoq; etiam natationes viiores sunt quam parui aluci, quos Pyetus græce vocant, atq; ex ipsis natationibus potissimum quæ propinquas sunt foras egressui, quod scilicet illi ab aqua foras non longa sit via. Nam aerem balnei in īs, qui ita sunt affecti, haud quaquam desideramus. Esto autem aqua ad vnguem temperata, cum quæ frigidior est, latenter frigus corpori insinuet, calidior autem cogat constringatq; tenues meatus, ac denser. At nos eos cum coacti sunt, remitti, laxari, ac dilatari postulamus. quod temperatissima aqua qualitas prestat, vt pote quæ iucundissima cum sit, naturam ad explicandā se, atq; ad dulcedinem quam prestat, quoquo versus extendendam prouocat, contraria videlicet ratione īs, quæ sunt iniucunda, ab īs enim recedit, fugitq; ad profundū. Quo minus mirum est ex offenditum cōtractu stipari, constringi, ac durari corpora, tenuesq; eorum meatus cogi, ac densari: contraq; īs scilicet quæ iucunda sunt, succedere contraria, vtq; fundi ac molliri corpora, dilatariq; meatus. Ab eiusmodi lauacro statim asinū exhibuit: sed inducta in ipsam qua iacebat domum asina. Quippe sic mihi persuaseram maxime quidē celeriter hominem sanandum, si fieri posset, vt ipse asinam sugeret: si id grauaretur, expedire vt q; minimo tempore in aere ambiente lac moraret, propterea q; celerime mutari sit aptum. vtq; genitalis seminis ritu, quod nec ipsum aliquandiu extra propria vasa, si modo suas vires seruabit, morari patet: sed vel in ipsis maris partibus contineri, vel ipsis feminæ partibus situm esse postulat. Et sane vitellissimū lac est, cum ex ipsis mammis quis hauserit: velut Euryphon, & Herodotus, & Prodigus censem, qui in eo ad corpora reficienda fiduciam habuerūt, vt etiā qui phthoe contabuerant, ex ipsa mulieris papilla lac lugere iuberent. Verum cum hoc plurimis nō placeat, melius est calens adhuc ex mammis id in regri ventriculum, quam ocyssime transferre. Ac optimum qdem, vt pote cognatū, muliere lac est. Sed qm id exhibeti sibi ceu pueris plerūc; recusat, vtq; ceu asinū, asinū ipsis dari cōueniet. Id enim reliquis oībus ad propositum affectum est vtilius, quippe cum tenuissimum sit, & minime coagulatur, & quoquouersus ocyssime in corpus digeritur. Eget aut̄ horum vtriusq; cui ventriculus laborat, vtq; ne coaguletur, cōmuni gratia, omnibus enim id est incomodum: vt quoquouersus digeratur, propterea q; & celeriter nutriti est opus, & q; viæ per quas alimentum transit, iam connuent. Igitur tum lac ipsum per se est his dandum: tum etiam mellis te pidi pauxillulum immiscendū. Maxima vero habēda cura est in eiusmodi affectibus de vtriusq; bonitate. Quod igitur mel colore flavo sit, & odore suavi, tum purum adeo, vt totū pellueat, ac gustanti parum acre, iucundissimumq; praterea tam sibi cohērens, vt si dīgo attollatur, continuum sibi nec intercīsum ad humum defluat: id omnium est optimum. Si vero abrumpit, nec demissum ad terram vsc; continuatē seruat: id aut crassius iusto est, aut tenuius, aut anomœmeres. Voco aut̄ Anomœmeres, (quod sanè & nomen ipsum indicat,) quod ἐπιστολαὶ μερῶν: id est ex dissimilibus partibus est compositum. Deprehēdas autem id, si diligentius inspicias, aut crassitudines, aut humiditates habere innatantes, quæ nec inter se sint similes, nec etiam toti. Ceterum itaq; magis mel est quod & crassius est, & cui tales quæpiā crassitudines innatant. Excrementius vero ac perfici concoquiq; difficilius, tum quod totum humidū est, tum in quo multe in partibus sparsa apparent humoris guttae. Porro in quo vel ceræ qualitas aliqua, vel, ppolis, vel id genus alia gustu deprehendit, adeo non est optimum, vt etiā malum sit. Quippe nullam penitus alterius cuiusquam rei eminentem in se continere qualitatē debet. Quocirca quod thymū planē redolet, non probro. Est enim id parū consummatum, nec planē quodā modo mel. Quāq; non ignoro à quibusdam id laudari, eoq; fieri vt nonnulli venditores incisum thymum illi injiciāt, quō id redoleat, videaturq; optimum. Ipse tamen quod tam improbe thymum olet, non laudo: multoq; minus si cui inieciū thymum sit. Quod autem cōfusam quandam qualitatē odore gustu ue præfert, id non vitupero. Ad eundem modum & lac nullam externam qualitatē odore gustu ue præse ferat, sed esto quam dulcissimum, & sibi ipsi cōtinuum, & prout lacti conuenit splendens, super omnia, quoad eius fieri potest, similes habeto partes. Nāq; hanc dotem, velut mel optimum, ad perfectionem non recipit. Quo vero tale lac sit, & idoneis nutrimentis alendum

cap. 4.
in fine

* δημητ. dō
mīcīlīum

* κολυμβᾶς
θρα. i. natatō
ria.

G * τυνήφθω
† Plures cod.
græci habēt &
Linacer Verit.
sunt triq; Hes
rodot⁹, & sunt
q; Prodigus nō
habent.

H

* επινόφηση

A alendum animal est, & exercitationibus mediocribus admouendum: & pullus si quem lactat, au-
ferendus. Quod autem atatis quoque maxime florentis esse debeat, id neminem latet. Curandum item
ut quam optime concoquat: contemptis videlicet ijs, qui si asinis quoque victus rationem prescri-
bemus, ridebunt. Si enim Veneti, & Praesini studiosi sectatores, equorum stercore, quod intelligat
quemadmodum alimenta concoixerint, odorantur, tanquam ex eo omnem eorum bonam habi-
tudinem cognituri, multo profecto magis nostrum fuerit pro hominis salute nihil tale non pro-
spicere; atque herbas animali, quae non admodum sint humidae, foenumque & hordeum quod sit me-
diocre, obsecere: sed nec illa omittere, ut asina corpus refrigeremus, & fricemus, & detergamus,
& mundemus. Porro si humidiora, & olentiora, & flatus plena excreuerit, planum profecto est,
non concoxisse probe. Quare aut detrahendum aliquid de alimento est, aut exercitationi aliquid
adjiciendum, aut qualitates imutanda, aut refrigeratiois frictioisque cura variada. Sin duriora reddat
animalis alius, ad contraria est inspiciendum, atque illorum aliquid immutandum. Nam si ipse om-
nia quae consideranda circa animal sunt, cuius lacte vsursum, deinceps persequar, totam tuen-
dæ sanitatis artem commemorem, quam teneat necesse est, quisquis idoneus lac preparabit, nunc

B ut laudatus ait tunc commitemorem, quam teneat necesse est, quinquis idoneus lac preparabit. nunc vero dico opus non est, cum alibi de ea traditum sit absolutissime. Sed ad propositum reuertor. Ac mihi iam rursus memoria repetes hominem, qui & laudatus est, & lac sumpsit. Huc itaque ad secundam vsq; lauationem quiescere permittemus, tum modice fricabimus, & pinguiser: utique si lac quod sumpsit, iam ad vnguem consecit, id quod tum ex ructu, tum ventriculi mole licebit coniungere. Modicum vero temporis inter primam & secundam lauationem interuallum erit, si quatuor, aut quinq; æquinoctialium horarum spatium intersit, scilicet si tertio adhuc lauare paras: si aliter, plurimum. Sanè tertio lauabis, si multis lauationibus fuit assuetus. Hi namq; & delectantur, et iuuantur, si sepe lauent. Quinetiam post quanq; lauationem hominem vngemus priusquam se veltiat. Quippe conductit ad renutritionem id quoque, sicut & frictio. Reddita vero de horum omnium facultate ratio est in libris, qui de sanitate tuenda sunt scripti. non tamen inutile fuerit nunc quoq; summatis ea repetuisse. Nam siue cuilibet parti corporis temperatam infundas calidam aquam, siue frices, siue alterum quomodo unq; calcacias, idem fieri cernes quod Hippocrates de ijs dixit, quibus aqua calida deluper infunditur. Nam primum attollitur, mox gracile efficitur. Ideoq; vbi carne implice quolibet corpus studemus, id eatenus calfaciendum nobis est, dum intumeat. Vbi vero digerere, & vacuare cupimus, eatenus continuandum est, dum quod prius intumuit subsidat. Sanè qui ejusmodi operibus praeficitur, solletere attentus esse debet.

Cintumuit subsidat. Sane qui eiusmodi operibus præficitur, solicite attentus esse debebit, potissimumq; vbi carne implere studetur. Nam digerendi certe tempus adeo late patet, vt, etiam si velis, in eo non aberres. At carne implendi plane præceps est occasio. Siquidem cum primum intumuerit, tum est desistendum. At intumescere hoc singulis corporibus suum est. Non enim fieri potest, vt qui nunc nobis propositus gracilis est, ita intumescat, vt illi qui sani sunt: imimo postq; leuiter intumuit, protinus digeritur. Itaq; attendendum diligenter est, ne clam te elabatur propositus temporis articulus. Siue igitur hominem qui extrema gracilitate est, perfrices, sufficiat tibi solus rubor: siue laues, satis esto mediocris calor. Si quid ultra peragas, resolues hominem magis, quam nutrities. Vngendum vero post lauationem oleo est, ne videlicet plus iusto digeratur; sed obstruantur exigua cutis spiramenta. idem protinus & siccitatis remedium fuerit: & aduersus incommodum quod ab aere ambiente contingit, veluti munimentum. Ac si quidem delectatur latete, post secundam quoq; lauationem id exhibebitis. sin aliter, ptisanam diligenter coctam; aut aliam ptisanam ritu præparatam. Hinc vbi rufus quieuerit, ad tertiam reducendus lauationem est, aut illlico ad cenam. Sit autem præparatus illi panis purus, & qui curiose in furno sit coctus, & tum fermenti, tum salis quod satis est, habuerit. Obsonium quoq; ex laxatilibus piseibus.

D albo iure asellus. Præterea alæ, testesq; gallinacei, qui laetè sit altus, idonei sunt. Quorum si copia non est, alijs vtendum. Adeundem modum & perdicibus, & passerculis qui montani sunt, & mollis carnis, vescendum. Vitanda aut & quæ palustria sunt, & quæ carne sunt dura. Et (ut paucis alimenti summam complectar) sit coctu facile, & nutriendis, minimeq; glutinosum, atq; excrementosum. Porro omnium quos nouimus, ciborum maxime nutritiens suilla caro est. Verum nō æque, ac prædicta concoctu facilis est: præterea glutinosum succum crassumq; generat. Alioquin nec alio esse habitat potest, quod in summo sit nutritiens. Quippe adhærere id debet, & firmiter affigi, non autē prætenititate diffluere. Non tamen ad populum affectum utriusque conuenit. Si enim nutrimentum ipsum seipsum concoqueret, ac in partes digeraret, præterea clavis pars

animalium. assimilaret, & quibus alimento plurimo est opus, adhæseretur: proculdubio maxime nutritive cibo esset opus. Verum, quoniam non aliud est quod nutrimentum desiderat, aliud quod ipsum conficit: sed quod nutrientum est, ipsum sibi & nutrimentum attrahit, & mutat, & concoquit, & adiungit, & assimilat: ad duo nimisrum nobis in opportuno cibo eligendo spectadum esse dictat: vnu ipius cibi natura, alterum vires suas proprias insitasq[ue] ex his illud pater, nec planè q[uod] maxime nutrit, optimu[m] esse ijs corporibus quae refici magis eagent, vt pote quibus concoquendi facilitas non est: nec est quod faciliu[m] concoqui est, cū scilicet ipsum neq[ue]t maxime esse nutrit. Cum igitur hæ indicaciones ex aduerso pugnent, committendum non est, ut dum t[em]p[or]e alteri nimium

Gal. methodi medendi

sis intentus, alterius omnino obliuiscaris: sed utriusque memor, quoad licet utrumque misceas, quod B
mihi praeceptum ubique memoria teneri velim. Iam vini tum qualitatem, tum quantitatē me-
moremus, utpote quod maximam ad talia vim habeat: quoniam vno hoc in potu vtendū cēleo oibus,
quibus refici corpus est opus; modo non febricitent. Esto igitur vinum (quod exēpli loco dicāt)
quale est Sabinū in Italia, Arsinium vero in Asia, ac (ut summa quadā ac generatim cōprehendāt)
quod aquosum quidē alioqui est, ceterū leuiter adstringit. Aquosum natura appello vinū, † & qd
tenue est, & purū, & Oligophoron, ut Hippocrates græce nominauit. Est autē Oligophoron,
quod si diluat, minimā sustinet aquae mistiōnē. Id est sanè imbecillissimū, & ut in vinis aquosissi-
mū. Nā quod plurimū aque in mistura sustinet, id tum vehementissimū, tum validissimū est. Eius
modi vinū Hippocrates Oenōdes, hoc est (ut uerbi uim exprimā) uinosum, nominat. Verum ab
hoc cauēndū est, quoniam imbecillas vires feriat. At quod aquosum natura est, ceterū austērū, id per-
eōmodum est, & ab aqua imbecillitate recessit, & vini noxā nondū habet. Ad hanc itaq; respi-
cēns, tum aetate eius, tum tēperamentū inuenias. Quippe quod nouellum est, id tum aquosius,
tum vero imbecillus quodāmodo est, qd ut vino conueniat. Addē ēt qd ægrius concoquit, ac ma-
gis excrementosum est. Antiquius uero, ut uinosus est, ita vehementius est, qd ut propositis sit ex
vīsu. Quocirca citius sexto anno nobile Sabinum idoneū non est, & diutissime in stomacho, ac F
ventriculo innatet, & fluctuationes faciat. Nobile voco, quod austērū est, non Sabinū modo, ve-
rū etiam Adrianū, & Albanum, & Arsinium, & Titacazenum, omniaq; id genus. Dictum nāq;
fusius de oibus vīnis seorsum est. Ad has igitur veluti metas respiciens, et misturam eius cū aqua
temperabis. Quinetiam exactius conjecturam iam dictis facies, si vitiorum aquae capita me-
morā tenueris. Porro pendent ea ex frigiditate eius omnia: cuius culpa & in præcordiis diutissi-
me moratur, & fluctuationes excitat, & in flatum mutatur, & corruptitur, & ita ventriculi resol-
uit robur, sic ut dexterius proinde concoquat, sed nec digerendo per corpus alimento aliquid ma-
gnopere conductit. At uero memoratorum vinorum virtutes, comprehensis iam aquae vītiis, ad-
uersam quodāmodo naturam habent, cum nec inflent præcordia, immo si inflata sint, sublidere
faciant: nec inibi moram trahant, propter calorū mediocritatē. Addē qd cum digestiōis vias ape-
riant, & pariter impellant, ac nutrimentum sensum agant: ad celeritatem deductionis in corpus
conducunt. Sunt præterea boni succi, & ad miscēndā concoquendāq; ea quae in ventriculo & ve-
nīs sunt, idonea. Iam vires quoq; organorum adaugent, & expellentis excrementis viam fa-
ciunt. Eoq; fit, ut etiam talia vīna præter cetera vīnas moueant, quando & ipsa totū corpus cele-
riter transeunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt. Ac dictum quidē alibi diligē-
tiū est de vinorum facultate, & que ac ciborum. Conuenitq; ut qui artem methodo tradi sibi stu-
det, omnis materiæ vires prius prædicerit, nec expectet ut eas in singulis affectibus audiat, sed
similac curationis tantum speciem norit, debitam vīctus rationem inuenire possit. Ego vero ijs
consulens, qui ueritatis descendāe sunt audi, eiusmodi doctrinam attingere saltem non grauabor:
quò scilicet qui minus exercitata cogitatione sunt, exemplis à generalibus ad particularia, ueluti
manuducti descendant. Ergo quod reliquum est, apponendum. Potionis modus erit, ut nec in
ventriculo innatet, nec fluctuationis vīlius sensum inuehat. Ciborum vero, potissimum si fieri po-
test, ut ne grauent quidē ipsum. Quod cum difficile sit, uel fortasse eiusmodi, quod vitari in im-
becillo ventriculo omnino nequeat, proximum est ut quam cītissime grauis esse desinat. Ab hoc
tensiō inflatioq; præcordiorum vitanda ijs sunt. Quod si tale quippam primo die inciderit, pro
magnitude symptomatis ad portionem detrahendum postridē de cibo est, fin recte omnia ce-
dunt, paululum adiūcendum. Ad eundem modum & in tertio die, vel demere, uel adjicere con-
ueniet, cum præcedente conferentibus. Atq; ita semper omnia pro renutriendi reficiendīq;
ratione, frictionibus, gestationibus, inambulationibus, prout corporis incrementum procedit, ad-
ministrare, et reliqua oīa pro refectione vocata ratione adiūcientibus. Quae sanè genere à proposi- H
ta ratione non differt, sed in eo qd sub illa perinde totum corpus est affectum, sicuti sub hac vētri-
culis. Accidit autem sic affici corpus in diurnis potissimum morbis: utiq; cum natua cuiusque
partis humiditas, ex qua prima nutritur, propemodum omnis exhausta iam est, nam ut solidarū
ipsarū liccitas corrigat, id fieri omnino non pōt, sicuti nec senium; veluti in libro de marasma do-
cuimus. Hanc uero humiditatē ēt si omnino sit absumpta, regnū modo dicta vīctus ratiōe licet.
Atq; in alijs refectionibus ventriculus egregie præ cetera non afficitur: in proposito aut̄ affectu
morbis est ipsius ventriculi. Tempore uero totū corporis, utpote parum probe nutritum, macescit.
Quo rationabilius est exquisitiorem hos vīctus rationem requirere, propter cōcoctionis imbe-
cillitatem. Ceterum, cum meliores sunt effecti, transferēdi sensim sunt ad renutrioriam refection-
iamq; vocatam vīctus ratione. Analepticen Graci vocant. Id fieri si pluribus, & frictionibus,
& gestationibus, quam ante vtemur. Mutanda vero interea est, & ciborum tum qualitas, tum
quantitas, sic ut tum plures, tum valentiores, quam prius exhibeantur. Ac tempore procedente,
cum ad sanitatis statum prope ventum iam est, leponēda sunt ptisana, & lac: præterea sorbitio ex
alica: ac ad consuetos cibos veniendum, post etiam pisces detrahendi, nisi si in consuetudine fue-
runt, ac volatilibus cibandū: tū suillas carnes esse, à pedibus in ptisana elixis incipient: post vero
etiam

* Alaris in.
† Antig legū
tālātātōn,
nālātākōn kāl
dālātātōn. qd
tenue est & cal-
bum & splen-
didum.

* Mātātāpāsī
nāf'i. contem
peranda.

G

H

A etiam summi crus recte sumant: ab hoc etiam reliquas partes: primum quidem iuuenis porcelli: si hyems sit, etiam pridie iuguletur. Nam hesternum, quam recens necatum, facilius concoquit. *Vit. in 1^o t. at. uita. vae
cap. 8. 2. fol. 45. T.*

Estate sat fuerit, si mane immolatus porcellus sit, ac circa Solis occasum comedatur. Quippe quod in superioribus fualsimus, cum ualentius alimentum uesperi exhibendum censuimus, id tempore obseruare studebimus: vtique non leue percepturis commodum ijs qui ita cibabuntur, quod sanè diligentius inspiciens agnoscet. Satius enim est à principio rem coepisse. Quoniam qui ita se habent, plurimo nutrimento indigent, nequeunt autem uel quod mediocre est concoquere, paulatim hos & sibi melius fuerit. Atque idcirco fieri non potest, ut semel eos cibasse sit satis, sed nec bis, quod scilicet sunt gracillimi. Atque hac de causa ipse ter eos cibare sum solitus. Verum quod iam manifeste meliores facti apparent, etiam bis nutriti esse sit satis. Ergo tantam exhiberi primā cibationem est rationabile, quanta, priusquam secunda sumatur, tota prols erit concocta. Id contingere valentior alimento non potest. Quare primo loco leue sumendum his est, quod uidelicet concoquatur celerrime, & excrementum eius discedat, & uacuus purusque ventriculus secundū excipiat. At qm̄ non solum quies, & somnus, sed etiam longius tempus huius naturalem administrationem excipit, rationabile est, ut ualētores ciborum hoc maxime tempore offerant. Itaque

B etiam athletæ omnes sic faciunt, qui eum usum non solum aliqua ratione inuenierunt, sed et longa experientia comprobarunt. Sed enim & quod illi faciunt, nihil malum sit, si ij qui conualescentiū victus utuntur, etiam faciant, ut illico post coenam non bibant, uidelicet ante quam cibus fuerit cōcoctus. Siquidem innatant cibi si bibat, ita ut eos ventriculi corpus propter interpolatum humorem non contingat. Verum si stibundi fuerint, prohibere eos in totum ut graue est, ita nec expediens: sed tantillum indulgendum, quod & molestiam solet, & sitim leuet. Postea uero quā nutrimentum concixerint, abunde bibere sunt sinendi. Quippe celerrime, si ita faciant, per corpus digeritur. Mane uero post somnum cum deiecerint, & paulum inambulauerint, modice sunt fricandi. Est autem modica his frictio, quæ eatenus administratur, dum corpus incaleat, mox gestationibus utendum. deinde rursus tum lauandi sunt, tum fricandi, id est intra meridiem, aut plane circa ipsum meridiem: quod uidelicet inde ad uesperam abunde spatium interueniat. Quod autem et de domibus, in quibus conualescens nutritur, habenda in primis cura sit, potissimum ne frigidiores calidores uero iusto sint, superuacuum dicere arbitror: pari modo & de alijs eius generis, quæ inuenire sibi quisque sine nostra opera potest, doctus uidelicet non solum ex his quæ hic, sed etiam quæ in opere de sanitate tuenda sunt dicta. Est namque conualescentium uictus ratio media quedam.

C inter eam quæ sanorum propria est, & quæ ægrotantium. Quare difficile non est ex ijs quæ de vitragi sunt prodita, ut per seipsum quis medium inueniat. Nam sicut nec aliarum rerum, ita nec vi-ctus una omnibus species in consuetudine est: cum alijs semel esse, alijs bis: & alijs citius, alijs ad uesperam incēpisse cibum, moris sit, iam cibus ipse alijs plūrimum est, aut deniq; aliiquid ex mari: alijs olera magis, aut deniq; hortensi: alijs pōma: alijs legumina: alijs nūces: alijs aliud q̄ pīam: alijs quadrupedū carnes, atq; harum alijs aliae: alijs auium, id est alijs aliarum. Quinetiā caseo, & lacte utuntur nonnulli plus, quam ceteris cibis, generaliter quidem caprarum, uel boum, sunt tamen qui & aliorum animalium. Bibunt quoque alijs calidum, alijs frigidum, & uinum uel liberaliter, vel parcus, vel omnino nullum, vel hoc genus, vel illud. Ad ea igitur reducendus q̄sque est, quibus infuevit. Scriptum autem diligentius de consuetudine seorsum est. Nunc illud dixisse abunde sit, non modo in conualescentium victus ratione, sed etiam in morbis magnam partem ad totius victus medicamentorumque inuentiōnē ex cōsuetudine sumi. Ratio enim totum genus indicare potest. Materia cum ex alijs quæ retuli, tum uero ex consuetudine non minime est sumenda. Sed & naturarum inspicienda sunt proprietates. Noui enim quosdam, qui si quod vigilantium opus nocte obire fuissent coacti, dormire præterea non poterāt. Talibus igitur ut non euibant, consulendum non est: ne videlicet ea occasione vigilare coacti, maximam inde noxā sentiant. Siccat namque totum corporis habitum vigilia: eoque infestissima est ijs qui ex siccitate labrant. Sunt & qui si pīsanam gustent, protinus nauident: eadem in quibusdam facile aescit. Esse vero aliquos qui facile carnem bubulam concoquant, iam unum ex publice iactatis est. prætereat, alios esse qui ad alios cibos potusque recte se aut non recte habeant. Non solum autem ex his materiæ quæ ad victum pertinet, copia suggestur: sed etiam ex regione & tempore. Scriptaque iam haec sunt à multis qui me præcesserunt, quo minus ipse istis inlito, qui ideo tantum ea commemo, nequid videlicet sit omissum. Quod uero ab omnibus iunioribus medicis est omissum, id persequar: nempe quemadmodum affectus corporum methodo curentur, eam methodum veteres (ut ante dixi) probe inchoarunt: nemo tamen eorum ipsam absoluit. Verum rursus ad propositum redeundum. Sicce intemperies ubi solida ipsa corpora contigerunt, si quidem in una quapiam parte consistant, veluti nunc in ventriculo propositum est, nunquam ad perfectionem sanabuntur, nec in eum statum qui ante morbum fuit, reuertentur. Sed quod dici in consuetudine vulgo solet, re scilicet ipsa edocro, id talibus maxime intemperantijs accidit, morbum ventriculum afflixisse, & in reliquam vitam imbecillū reddidisse. Quippe senuna ijs ventriculum obtinent priusque consenserint: quo sit, ut facile ex leuisibus lādantur caulis, pīnde ac fenes: nec probe cōco-

* Επικαθωτής
προσφοράς.
* ὁ πόλεμος, id ē
fructus autū
nales.
* ἀρρένων.

* Σλη. i. mas
tenē.
* Non est in
antiquis.
** Κλείσι.

D ēu bibant, consulendum non est: ne videlicet ea occasione vigilare coacti, maximam inde noxā sentiant. Siccat namque totum corporis habitum vigilia: eoque infestissima est ijs qui ex siccitate labrant. Sunt & qui si pīsanam gustent, protinus nauident: eadem in quibusdam facile aescit. Esse vero aliquos qui facile carnem bubulam concoquant, iam unum ex publice iactatis est. prætereat, alios esse qui ad alios cibos potusque recte se aut non recte habeant. Non solum autem ex his materiæ quæ ad victum pertinet, copia suggestur: sed etiam ex regione & tempore. Scriptaque iam haec sunt à multis qui me præcesserunt, quo minus ipse istis inlito, qui ideo tantum ea commemo, nequid videlicet sit omissum. Quod uero ab omnibus iunioribus medicis est omissum, id persequar: nempe quemadmodum affectus corporum methodo curentur, eam methodum veteres (ut ante dixi) probe inchoarunt: nemo tamen eorum ipsam absoluit. Verum rursus ad propositum redeundum. Sicce intemperies ubi solida ipsa corpora contigerunt, si quidem in una quapiam parte consistant, veluti nunc in ventriculo propositum est, nunquam ad perfectionem sanabuntur, nec in eum statum qui ante morbum fuit, reuertentur. Sed quod dici in consuetudine vulgo solet, re scilicet ipsa edocro, id talibus maxime intemperantijs accidit, morbum ventriculum afflixisse, & in reliquam vitam imbecillū reddidisse. Quippe senuna ijs ventriculum obtinent priusque consenserint: quo sit, ut facile ex leuisibus lādantur caulis, pīnde ac fenes: nec probe cōco-

querere

Gal. methodi medendi

quere possint: quo evenit, vt ē totum his corpus deterius se habeat. Adeundē modum & si alia
quauis afficiant̄ parte. Quod si ipso ē corde sint affecti, celeriter arescant. vocatqz ariditatē sive
marasmus eiusmodi Philippus ex morbo senium. Is igit̄ marasmus breui mortem assert: Proxime
huic, qui ab iecinore est inceptus: Mox qui à ventriculo: Qui ab alijs particulis ortū habet, tanto
sanē tardius, quanto quaelibet harum minoris est præstantia q̄ illæ. Si vero leuiter cordis corpus
siccatum sit, senescunt quidem celeriter: ceterum plures annos trahunt, q̄ qui vehementer sunt
laesi. Ad eundem modū in iecinore, & vetriculo, ceu dictum est: ac in reliquis oibus ad portionē.
Ceterum vicius ratio eadem genere est tum in hac siccitate; tum in illa que solam eam humidita
tem absumit quæ solidas nutrit: præterea ēt in tertia, quam supra memorauimus, siccitate. Facili
ma vero omniū sanata quarta est, in qua vene succo sunt inanitæ. Immo hic affectus vt frigiditas
potius habitus curatur, quā vt siccitas: vel (vt clarius loquar) frigiditatis respectus in hac siccitate
exuperat, periculumq; in ea vertitur. Siccitas secundum locum obtinet, habetq; proinde sanatio
nem tum expromptā, tum celerrimam. Siquidē si biduo quis vicius rationē his caute exhibeat,
modice calefaciens, & tutō nutritiens, statim in tertio pleniorum vicium citra noxā admistunt: mul
toq; id magis in quarto & quinto. Atq; hoc sanē erat, quod Hippocrates præcepit: Quæ longo
spatio extenuata corpora sunt, ea legniter reficeri oportet: quæ breui, breuius.

Ratio curandi frigidam & sicciam intemperiem ventriculi.

CAP. 7.

F

Scire aut̄ licet solidorū corporū siccitatibus, si perdurent, succedere necesariori frigiditatem.
Quippe permanere siccitas ipsa per se, non mutata oppositione, quæ ex calido & frigido co
sistit, non pōt. Celerrime, n. ex nutriendi defectu refrigerant̄ partes, propter ea scilicet q̄ ex cali
do succo sanguinis nutriuntur. Sed quod inter initia dictū est, nunc siccitatē eurationem executi
sumus, & quæ ab initio sola est contracta, & quā nulla diutissime secura est notabilis frigiditas.
Ergo proximum fuerit frigiditatem illi copulare, quæ euidentes quidem habeat notas, ceterum
magna non sit. Est itaq; curationis consilii non simplex, vt prius: cum non modo tibi vt hume
ctes danda sit opera, sed ēt ut calefacias. Quare intendendū acriter est ad præsidiorum materiam,
necubi imprudentes ijs quæ humectant, ea quæ nimium calefaciant, adiungamus, quippe his ve
hementer siccandi vis subest. Iam uero quantitas noxæ in vtracq; intemperie ad materiæ inuen
tionē pōt viam ostendere, vt iam maxime quidem siccitatē sanationē modo perscripsimus.
Modicæ vero adeo scrupulosa vicius ratione non indigent, quandoquidem nec vires ipsis fun
ditus sunt collapsæ. Etenim nulla alia de causa difficultis redditur validā siccitatē in corpore com
moda curatio, q̄ q̄ refici quidem corpus postulat, cibis uero per se coalescere cum eo nō pōt: sed
eius quod nutritur, operam qua præparetur requirit, quod est imbecillum: Ergo cum id modice
siccum fuerit, propterea q̄ vires non penitus conciderunt, vberius cibare licet: nec metus est v
lus ne à modo aberres. Quo magis ipsi de difficillima intēperie differere instituimus: ac in ea ve
luti exemplo studiosos exercuimus. Hinc nanc̄ orsi ipsimet, ad mediocres siccitates corrigēdas
idoneam materiam inuentient. Proponatur aut̄ & nunc siccitas quidem similis priori, copuleq; ei
frigiditas: Ergo calefacientis materiæ admiscendum iam dictū tantum erit, quantum particula
ad frigus inclinavit. Proponamus igit̄ eam primum modice refrigeratam: Ergo ijs quæ paulo
ante retulimus, in lactis quidē vslu mel vberius adiicitur. Vinum vero, quod quidē ad genus spe
ciat idem, ceterū quod minus aquosum q̄ prius, & plurium annorum sit, dabimus. Quinetiā elcu
lenta oīa calidiora exhibebimus, idq; non naturalibus modo ipsorū tēperamentis, verū etiam re
centibus {ex igni} qualitatibus. Nardino præterea vnguento vngendus assidue uenter est sic, vt
nunq; remaneat siccus. Sin id vnguentum non adsit, mastichinum satisfecerit. sed & opobalsamo
eum perungas, tum ipso per se, tum uero cum iam dictis misto. Quod si corpori ea magis adha
rere studebis, etiam ceræ aliquid admiscebis. Si uero etiam aer ambiens sit frigidus, lanam ex his
imbutam impones. Quinetiā chiam mastichē in opobalsamo, aut nardino vnguento liquans,
lanam inde madente ventriculo impones. Sanē vtilius fuerit, si quod madefacies, etiā optima sit
purpura: qualis est Tyria: {quando & adstringi ipsum modice, & cutis eius meatus obstrui ex
pedit.} Siquidem quæ rarum habitum faciunt, & relaxant, ea tum digerunt succos, tum particu
las frigidis extrinsecus aduenientibus obnoxias reddit. Quæ uero ualenter adstringunt, ea sic
cant. Quo sit, vt medicamentum quod eiusmodi corpora excalfaciat, id nec euocantem vim ha
bere expediat, nec adstrictioriā multam sibi immistam. Memineris, n. velim tum eorum quæ in
ægris es contemplatus, tum quæ in opere de medicamentis es edoctus, nempe acerbam qualita
tem sua quidem ipsius virtute & refrigerare & siccare. q̄ sicui ualide calefacientium sit admista,
quod ex ambobus compositum est, minus quidem in calefaciendi munere efficere q̄ alterū: siccā
do uero non minus q̄ vtrunq;. Maxime contraria faciunt ijs quæ præcepimus, nostri temporis
medici: qui siccæ parti, & quæ nutrimento male fruitur, compositum sape medicamentum ex ca
lida & acerba materia imponunt. Est aut̄ eorum quæ ἔγενον græce dicuntur, {nos inopia cōmo
dioris vocabuli acerba diximus,} nullū profectō modice adstringens, ideoq; nec modice siccās:
quo videlicet magis prohibēda ea in iam dictis affectibus sunt. At uero si cum siccitatē intēperie
multa frigiditas sit, sic vt fortius calefcere subigat, oīum primū intēperamenti genus ad memoriam
reuocabis,

H

codices græ
ci impredi hāt
ut Linacer vē
tit. q̄q; antiq
ad Tyria refes
tit. hāt. hāt.
sūq; te γαρ
καπτιαστή,
ιαντάττη τε
τὸν δέ μετερ
τὸν πόρου. i.
ca enī modice
adstringit, cus
tisq; meat⁹ ob
struit. vtraque
tamē lectio ue
ra est.
* codices ipref
si & pleriq; ēt
mānuscripti has
bēt ut Linacer
uerit. Sāt q̄g
habeat ὁ ξεν
i. refrigerans.

A reuocabis, quippe quod oium grauissimum esse ostendimus. Quocirca ad corrigendum quoq; esse difficillimum, multaq; sollicitudine egere, id minime est ignorandū. Incipere vero simili modo à cōprehensis prius materijs tentabis, sperans scilicet fore vt longiore tēpore per tutiores sanē affectus. Sunt porrò tutiores hæc, (nā repete ea quae sunt tam necessaria, est latius.) In nardino vnguento solues mastichem chiam pinguissimā, ac purpura excipiens vteris. Eritq; vtilius, mō copia eius sit, si opobalsamū adieceris. Dādū prætere auberius cū lacte mel est: sed detracta prius spuma: quo & minus sit excrementosum, & magis nutritat. Quinetiā mel ipsum despumatum, p. se optimū nutrimentū frigido ventriculo est: ita ut calido aduerſissimum. Atq; hæc ambo meminis

Te in primis oportet, vt ieq; plurimis medicis ignota. Ac neq; aliquid in frigido corpore melle magis experendū, neq; in calido magis respuendū. Ergo plurimū huic affectui pro nutrimento mel optimū esto: sed quod prius super prunas ex queru vite ue ad summū cädentes, fuerit decoctū, accurose despumatum. Vīnum aut̄ eligendū semper est antiquū: eoq; antiquius, quo maior fuerit frigiditas. Tū si res postulabit, totū genus immutandū: ac primo loco Adrianū, mox Tyburtinū, aliud ue simili generis eligendum: uetera quidem oia, ceterum non adeo, vt amara iam sint. Sic-

B cant. n. quæ amara sunt, immodice. Sanè optimum medicamentū talibus oibus sit, quo picatores quotidie vtū, ergo illinire eo totū ventrem conueniet, ac post aurelli, priusquā refrigeret. Atq; hoc si bis uno die deinceps feceris, abunde erit; s̄aepius aut̄ non expedit: qñ ita per halitū digeras, non sanguine bono particulam impleas. At nos ex propinquis locis attrahere, non id cōtinetur educere studemus. Idem oibus particulis quæ ex nutrimento fructū non sentiunt, (atrophus Græci vocant) mirificum medicamen est: liquis eo moderate sciat vītū. Sed & calfacere vētriculum ita, vt in qualitate calorem eius non intēdas, sed quā maxime naturale eius temperamentū tuearis, ac substantiam inaugeas: id ex leuissimis in eiusmodi affectu consilijs non est. Eſſicit hoc in vīctū simul cum ijs quæ iam dicta sunt, maxime vinum. Ex ijs uero quæ ventri extinsecus applicantur, boni habitus puellus vñā sic accubans, vt semper abdomen eius cōtingat. Sunt qui catellos pingues in hunc vīsum habeant, neq; id in aduersa modo valerudine, ueruetiam in prospera, tales itaq; ijs qui propter siccitatem quoq; solam imbecillum ventriculū habent, sunt idonei. Seruandumq; ante oia est, ne puellus humecta sit cute. qui, n. noctu sudore perfundunt, refrigerant potius, q̄ calefaciant. Nocent prætere a tali affectui & calida fomenta: quæ quidē siccā sunt, eo q̄ rōrem similarium corporum depascunt: quæ humida sunt, q̄ hunc digerunt, potissimum vbi largius his vitimur: prætere a q̄ nimis rarum frigoriq; opportunum corpus efficiunt. Ac de-

C hac intemperiarum coniugatione hactenus sit sat.

De curanda uentriculi siccitate, cui caliditas iuncta sit.

C A P. 8.

A hinc multæ, vt propositum est, siccitat iuncta caliditas esto non admodum multa. In eius modi intemperie primum curationis modum feruabimus: sed vīni vīm, mellisq; copiā diminuentes, non solū non augētes: ita vt mel prorsus nō degustetur; vīnū uero exhibeat quod minime sit antiquum. Iam cibos apponemus: {sub lacticē tēpore}, {sed si ætas est, {sub aquæ fontanæ frigore}. } Sed & ventriculum vngemus oleo tum crudo, tum melino. Ac multo sanè magis si pluscula caliditas sit, ipsum vīnū tum aquosius exhibemus, tū sub eo frigore quod fontis aqua per mediū ver exhibet: illud nobis persuadentes, eiusmodi affectum {febri proportionē responderē}. } Quippe quod illa vel in toto animali vel in corde est, id propositus nūc affectus in vētriculo est. Atq; ipse scio me vñā cū præceptoribus primum omnium vidisse hominem quandam maturæ ætatis non paucos iam menses vexatum, sed nec eorum quisquam affectum eius intellexit, nec ēt ipse, polsæ vero cum iam medendi {eius affectus} methodum inueniſsem, venit mihi in mentem hunc vt ieq; illum esse affectum, quem olim fueram contemplatus. Melius autem est rem ēt exponā. quippe vīlis omnino erit ijs qui audierint, non secus ac fuit mihi. Homo erat

D quadraginta annos natus: medio, dum valebat, crassitudinis, & gracilitatis habitu. Is sūti vehemēter affligebatur, ac calidam auersari se dicebat, cum illi frigidam nemo daret, tametsi hanc impēse flagitabat: febricitare tamen medicis non videbatur. & ventriculus, quæ sumperferat, tribus aut quatuor horis post euomebat simul cum potiōe. Itaq; gracilis iam effectus erat, ac periculo propinquus, minime videlicet adiutus ab auſteris acerbisq; tum cibis, tum medicamentis. Sumebat vero & post cibum, auſterum vīnum is homo, cum nec vītra sitim toleraret, ac (vt aiebat) mori mallet q̄ in cruciati vivere: aquam frigidam simul multam super cibum hauriens, protinus sitim destitit, paulo vero post plurimum {eius} euomuit. Ab hinc horrōre in toto corpore sensit, pluraq; operimenta poposcit, cum prius oia abiijeret. tūc igitur reliquum totum diem, quo id fecit, noctemq; totam in quiete egit, cooperimentis se fouens. Venter vero circa medianam noctem semel excreuit, quæ mediocriter erant coctā. Itaq; nec siticulosus prætere a era. Postero aut̄ die tū coloratiō multo, tum firmior est effectus. Ac deliberabant iam medici an hominem lauare expedire: alij quidē suadentes, alij dissuadentes, vicit aut̄ sententia eorum qui lauare suaserūt. Itaq; etiam lauatus cītra offensam est, ac modice cibatus, tum melius ei q̄ pridie vēter concoxit. Quetus aut̄ est q̄ difficulter transglutiret, vīsumq; omnibus est propter vomitum, qui præter cōfūtudinē inciderat, vellicatam illi gulām fuisse, ac proinde male habere. Ceterum vt ēt securis diebus

Gal. methodi medendi

bus symptomam permanxit, constabat nobis omnibus ventriculi imbecillitatem esse sanatam; gu-
lam autem esse perfrigeratam. Nec sanè mirandum erat, sicut potionē illa quod immodecē calfactum
erat, ad mediocritatem est reuersum: sic quod mediocriter calebat, fuisse refrigeratum. Ceterum
gulam eius nemo potuit sanare: sed vitio in vitium mutato, tandem mortuus est. Alium uero
huic similem non paucis annis post vidi, cum omnem ventriculi intemperiem discernere ē pos-
sem. Vīsum igitur est mihi statim maiore conatu refrigerandum esse, priusquam homo magis ex
tenuatus simile quipiam priori ex refrigeratiōe pateretur. Tūtius igitur vīsum est primum re-
frigerantia medicamenta, quā p̄cordijs imponuntur, experiri. Quo factō, aēstus sanè ventricu-
li est remissus: ceterum homo suspiranti similiter respirabat, tanquam ægre totum thoracē mo-
ueret. Quin ipse quoq; interrogatus, talem quamplam sentire se offensam fatebat. Aduerti itaq;
illi tranfuerum septum refrigeratum esse: proindeq; abiectis refrigeratorijs, foui locum oleo ca-
lido. Cum autē respiratio statim naturalem motus sui ordinem recepisset, à fouendo destiti: statui
autē hominem longiore spatio moderate refrigerare. Ergo & quā extrīnsecus applicui, infra ma-
gis impolui à septo vmbilicum versus recedens: & cibum potionemq; omnem (excepto lacte)
sub fontanæ aquā frigiditatem exhibui. Atq; ita longiore spatio sanatus est, nusquā alibi offensus.
Sciri tamen illud ante oīa debebit, ubi valide in ambabus qualitatibus immutata quāuis particu-
la est, omnem eius actionē perire, nec facile quod sic est affectum, ad suam naturam reuerti pos-
se. Vbi vero altera tantum qualitas plusculum immutata est (veluti nūc siccitatē finximus) reli-
quarum aliqua mediocriter se habet, utiq; qui ita affectus est, sanari potest.

De caliditate ventriculi curanda, cui humiditas uel siccitas coniungantur.

CAP. 9.

Proponamus itaq; rursus exuperare intemperiem calidā, huic autē adjunctam esse modo hu-
miditatem, modo siccitatem, led mediocrem utrancq; ac prius humiditatem. Hanc intemperiem
minore metu aqua frigida curabimus: qñ minime ex ea laedentur vicinæ partes, quē mediocriter
se habeāt. Nam in siccis affectibus necesse est nō ea mō q; proxima sunt, sed ēt totū corpus graci-
lius reddi. Ventriculo autē ipso nōdū siccato, vt nunc est propositū, nec totū attenuatum esse cor-
pus pō: quare nec frigida potu ledi. Sicubi vero adeo uehemens caloris intēperies ventriculū
occupet, vt vlg; ad cor ipsum perueniat, febricitare hoīem necesse est. Quo minus mirū est, si eius
modi intemperie maius periculū insequit, sanatio tñ genere eadem est, tradeſ autē postea, vbi de fe-
briū curatione differeret. Qui autē cum siccitate coniunctus calor est, eadē gñe remedīa poscit: cæ
terum non adeo securus est refrigerantū vīsus, pp eas quas retuli causas. Humida vero intem-
peries, siue sola consistat, siue cū calore, frigore uel coniuncta sit: oīum facillime curat. Et qñ tres
hæ intēperies creberime ventriculū affligunt, suntq; curatu facillimæ: harum curationē in me-
moria habent quicunq; absq; methodo, hoc est via & ratione, morbis medentur: ac ad alias eam
intemperies (vt dicitur est) transferunt, ignorantes videlicet plures esse. Sunt porro ipsius humili-
da intemperantia, cū sola consistit, remedia, cibi qui citra valentē calefactionē refrigerationē ue-
scent: præterea consuetæ potionis parcitas: Eius autē quae cū caliditate coniuncta est, adstringē-
tum & ciborum & potionum vīsus. Sint autē & hi austeri sine calefactione. [†] At eius quae cū fri-
giditate est coniuncta, optimā præsidia sunt, acria omnia, quibus admisceri debebunt quē acerba,
sed citra manifestum frigus sint. Optimū est & his præsidū exigua potio, atq; ea vīni cuiusquam
insigniter calentis: constat autē id minime nouum esse. Ad portionē vero eorum quāe comesta &
bibita sunt, etiam reliqua omnia quāe foris applicantur, adhiberi debebunt.

CAP. 10.

Et quoniam de his abunde tractatum est: repetito rursus sermonis initio, capita eius colliga-
mus. Calida ergo intēperies refrigeranda est, frigida vero calfacta: Similiter humida
siccanda, & siccata humectāda. Quod si per copulationē aliquā durū qualitatū intēperies consi-
stat, miscenda amborū consilia sunt: ac qua humida calidaq; est, siccanda & refrigeranda: q; vero H
humida & frigida, siccanda ac calfacta. Ad eundem modū siccata & frigida humectanda ac cal-
factanda: siccata vero & calida humectanda & refrigeranda. Scire vero licet oīum harum pessimā
esse inter simplices siccā, in cōpositis siccā simul & frigidā. Atq; hoc loco finem habeāt vē-
triculi intēperies, quas scilicet extrīnsecus nullus alit superuacuus humor.

De curanda ventriculi intēperie, cum uitiosi humores uel in eius cavitate,

uel in tunicis continentur.

CAP. 11.

Deinceps ad eas q; ex eiusmodi quapiā occasione fiunt, stiltū conuertam. Sæpe igitur in ipso
sinu ventriculi cōtentus humor, qui aut calfacti, aut perfrigerandi, aut humectandi, aut
siccandi, aut ēt horum aliqua per coniugationē efficiendi naturā obtinet, intēperie creat. ^{jntē-}
rim vero & in ipsis ventriculi tunicas (vt ita dīcā) imbibitus siue impactus. Ergo prior affectus
si semel constiterit, per vomitū expurgatus, facile quietescit. Sin rursus ex alia quapiā vel alijs par-
ticulis humor cōfluit, diligēter discerni indiget. Curatio vero post electricis causā cognitionem
statim se exhibet. Dicitū n. nobis est tum alibi, tñ vero in ijs qua de differentijs febriū lcripsimus,
cōfluere nonnunq; ex alijs in alias particulas id quod in his redundant: veluti ex capite ad oculos.
Quo casu oportet curata ea parte, q; transmitit, dūtaxat surmitati, pspicere oculorū: quō videlicet
eorum

[†] Quin & frigidae potionē eis
est ex usu. Adi-
ditur in codici
bus græcis.

A eorum q̄ ad sese cōfluunt, minus prōpte quicq̄ admittant. Ita igit̄ & in ventriculi affectu oportet vbi id qd̄ superuacuū transmittit inuenieris, oēm huc curam conferre: de ventriculo aut̄ tantisper esse sollicitū, ne q̄ confluant, prōpte recipiat. Id quod duplīcē (vt arbitror) rōne fiet: vna omnium fluxionū cōi, quippe quae ab adstringentibus reperiuntur. altera vero non minus ipsa quoq; omniū partium q̄ ad bonā habitudinē reducunt cōi: nempe ex ipsarum temperiei medio critate. Ergo primū inspiciendum totū corpus est, an excrementosum, an plethoricon. i. nimia & equaliū humorū copia redundans, fluxionē ventriculo immittat. Secundo loco si id non videt̄, singulæ partes expendendæ. Atq; in toto quidē corpore aestimando, tum redundantiae, tum excremētorū notas, & ex opere de sanitate tuenda, & ex libro de plenitudine didicisti. Super has tamē illa quoq; aestimabis: primū quidē in mulieribus an naturaliter non purgen: mox in viris an excretionē aliqua consueta his retenta sit. Plerisq; n. ora venarū quae in sede habentur, vacuare superflua sunt sueta. Alijs profluens ē naribus sanguis; aut vomitus, aut quoq; mōdo in certis periodis vas aliquid reclusum. Noui. n. tum in ore, tum in faucibus id multis contingere. Non desunt q̄bus & per ventriculū sanguinis expulsio certo tpe fiat: potissimum ijs qui cū vehementē exercitationē deposituerunt, à priore tñ victu non destiterunt: aut ēt artuū toto aliquo sunt priuati: velut ē Hippocrates indicauit. Sunt quib; diarrhoeæ, & cholera certis interuallis oēm corporis res.

B. dundantia educant. Ab his illud aestimandū, quanā victus rōne sit v̄sus: vtrum ne frequenti cruditatī aut satietati inciderit, idq; in oculis vita, ac p̄cipue pr̄ter consuetudinem: an contra. Illud deinde ppndendū, an aliud mēbrū corporis certo tēporum circuitu uexari solitū, nunc non ve- xet. Alijs. n. articulatis morbus, aut coxēdicus, aut podagra: alijs cephalæa; aut ēt fluxio aliqua, q̄ in oculos vel aures procubuit, nunc migravit ad ventriculū. Non paucis vero catarrhi & coryze id est destillationes per guttur & nares, quae assidue vexabant, conuersæ certo tpe in ventriculi loca sunt. His igit̄ oib; consideratis, si quidē ex minus momentaneis translatio facta est, quod superflui est, rursus ad ea reuelles. Sin ex ijs quae maioris sunt momenti, ambobus simul cōsules, eum semp submouens affectū, qui fluxionē excitet. Fiet id si oēs corporis partes ad bonā habitudinē reducamus: ac oēs naturales expulsiones, fluxiles semp reddamus. Hæc quēadmodum efficiere possis, in opere de sanitate tuenda est pr̄ceptū. Nec illud latet, si propter æqualium in toto corpore succorū redundantia ventriculus fluxione tentat, totū corpus vacuandū esse. Simili mōsipp malī succi abundantia, eā purgandā esse; atq; hinc ad ventriculum veniendū. Prorsus. n. cū plures iam dies delata in eū superuacua sint, aliquid vitij ex malitia eorū contraxit. Itaq; non int̄est.

C. pestis qui ita laborat, absinthij potionē vtetur. Sed nec q̄ postea adhibenda prouidēta sit, quo ad ventriculo pristinū habitū recuperaris, latere arbitror. Quippe si pro tēperamento noxię fluxionis, int̄ēperie aliquā labore, corrigi nimirum per contraria præsidia postulat. Facillimū vero est eiūmodi noxam corrigerē, vbi paucos durauit dies. Nam si desiderio eius qui curasset, lōgio re spatio permanit, aliquā tunicae eius malo succo implentur: aliquā ipsa similaris earum substantia intemperata non leviter effeta, similis curæ indiget ei quam prius de int̄ēperantijs in hoc libro retulimus. Reliquum igit̄ est, ut exponamus quēadmodum curari succus vitiosus debeat, q̄ in ventriculi tunicis est receptus. Sunt porrò ad eiūmodi affectus idonea pharmaca genere quidem ea quae modice purgant, sic ut eorum vis super ventriculi, & intestinorū loca non ascendant: aut liquid ultra, vasa tantū in mesenterio contingent. Speciatim vero, quae ex aloe cōponuntur, sunt aptissima. Etiam si illa præstō non sint, aloe ipsa per se. Hæc itaq; non elota valentius vacuat: elota purgat quidē minus, sed roborat ventriculum magis, expedit ergo paratā habere, quam oēs medici Picran, id est amara vocant: atq; hanc dupliciter confectam, vtiq; ex aloe elota, & non elota. Admīscetur aut̄ huic cinnamomū, & xylobalsamū, & asarū, & spica nardi, & crocus, & chia mastiche. Sunto aut̄ horū cuiusq; drachmæ sex, solius aut̄ aloes drachmæ centū. Præstantissimū hoc medicamentū est ad vitiosos succos, qui in tunicis ventriculi habentur. Vt illiusq; est eo siccō ex aqua vti diuum paruorum cochlearium mensura, vbi mediocriter ac medio quodam modo eo vti studemus. nam maximus eius modus ac absolutissimus est duorum non vtiq; paruorum, sed magnorum potio in aqua temperata cyathis tribus: minimus, vnius parui. Vtendum uero hoc tempore & ptisanæ cremore est, qui primus à balneo sumetur. Nā medicamen ipsum solito purgantium medicamentorū tempore dabitur. Post id uero, vbi modice inambulauerit, & modice se mouerit, de reliqua victus ratione nihil est immutandum. Sunt qui reponunt medicamentum, excipientes id despumato melle. Et fit quidē ita durabilius: ceterum non perinde ad propositos hoc loco affectus vtile, cum & minus ventriculum roboret, & magis aluum deſſiat. Verum quib; lenta pituita ventriculo est infixa, ijs prius exhibenda sunt quae cung; hanc disſecent, post deinde purgandum. Quod si ad vomendum sunt idonei, non inutile sit per radiculos ex oxymerite vomere. Sin vero nec lentes humor sit, nec crassus, vtiq; abunde sit à ptisanæ solius cremore vomuisse: item à mulla. Quo casu sumendum vtriusq; plus est, quam vel nutrimenti, vel etiam deſectionis causa sumeretur. Idoneum vero est & si mulla, in qua incoctum absinthium sit, biba. Nam id quoq; tenues succos, quicunque videlicet in ipsius ventriculi ore continentur, commode deorsum impellit. Sanè communis est totus hic sermo qui de intemperie agit, cū sanitatis tuēda

g. t articulis t. 2. q. 1.
ibi gal. in com. A. 2.

Vit. 2. t comp. med.
spt lo. cap. p. ca lib. 2.
cap. 2. ca lib. 6. t sm.
uenda cap. io. v. 2. l.
i. cap. 7. 9.

Gal. methodi medendi

dae preceptis, ea scilicet sui parte qua de parum firmis actionibus disputat: non enim profectio ea
qua de perditis, ac vitiis functionis agit. Quippe pars illa à sanitatis tuendae contemplatione planè se-
functa est. Imbecilla uero actio prout magis minus'ue talis est, aut ad sanitatis tuendæ, aut ad me-
dendi tractationē pertinet: leuiter qdē impedita ad priorē, grauius ad posteriorē. Discernit vtrq;
ex eo q; à cōsuetis actionibus obeūdis pp noxē magnitudinē vel desistatur, vel non desistatur.

De ratione curandi cum intemperies, humoresq; in cauitate, ac in uentriculi tunicis contenti con-
iunguntur; ac de indicationibus, quæ curandi initium sibi uendicant.

CAP. 12.

Dictum aut̄ & de his est in opere de sanitate tuenda: quo vtq; celerius transeunda eorū tra-
ctatio nunc est: præsertim omni methodo, qua ventris intemperies sint curandæ, iam p̄scri-
pta, siue hæ firmiū ei ex mora inhæserint, siue lē uius. Nec uero illud latere puto, esse aliquā mistū
extribus iam dictis simplicibus in ventriculo affectū, ita ut & ipsæ solidæ partes intemperie labo-
rent, & mali succi ita ventriculo sint infixi, ut elui ex facili nequeant, & alij in interno eius sinu cō-
tineant. Pōt nanq; interim fieri ut primus cū secundo consitiat: pōt & secundus vna cum tertio:
pōt & primus cū tertio: s̄pē et̄ oēs simul. Pro quibus methodum, quā prius de vulnēribus tradi-
dimus, vbi oēs affectus simul coniunxit̄, ad memoriam reuocabis. quā nunc quoq; apponere
non sit inutile. *vit. 2. f. med. cap. 9. 9.* Primū nanq; in eiusmodi complexu aestimabis, à quo maxime discriminē ægro
impendere uideat. Secundo loco, quid, quæ ue ex his causæ rōnem obtineant, & quæ ab ipsis ef-
ficiant. Tertio, quæ sanari ante alia possint, & quæ non possint: veluti de ulceribus quæ vna cum
phlegmonis constitere, ostēdimus. Vbi nanq; à quoquā affectu non leue periculū instat: ad id
quod vrget, dirigi primū curantis cōsiliū debet. Vbi aliud efficiens est, aliud quod ab eo efficit:
ipsa cā spectanda. At vbi curari hoc ante illud non licet: ad id quod ordo dicit, est respiciendum.
Atq; in eo quidē curationis cōsilio, quod ab urgente initur, affectus magnitudo perpendēda est.
Ex triplex est; alia quæ ex lœsa actionis præstantia spectat; alia quæ ex propria affectus essentia:
& tertia præter has quæ ex facultate, quæ lœsum corpus gubernat, aestimat. In eo vero cōsilio qd̄
ex causæ ratione initur, animaduertendū est quidnā eorū quæ inter se coniuncta sunt, augere aut
gignere reliqua possit. quæ rursus ab eo vel gignant, vel incrementū accipiunt: In eo vero quod
ordo præscribit, quid ante quod, vel quid cū quo, vel quid post quid, sanari possit. Fingatur igitur
in ventriculū defluere ex cerebro superflū quendā humorē frigidū, atq; eius occasione intem-
perie quandā in ventriculo contractā iam esse: adhuc vero et̄ magis malū iam succum per totū eius
corpus media omnia similariū particulariū spatia occupasse: In eiusmodi cōplicatis, dignatiōe ma-
ior est intemperies, ppteræa videlicet q; & ipsa tēp̄ries. propriæ uero essentiae ratione, quodcūq;
vtq; tale fuerit, circa propositū in sermone ægrū. Ac ponat̄ ad præsens maximus trium affectus
esse succorū, qui in tunicis ventris continent. Esto (si liber) vt id quoq; affectus morsus sensum
faciat, atq; ex eo ipso animi defectū, & sudores quosdā cū synoptica dissolutione accerat: ita vi-
delicet, vt quatenus supra vires est, reliquis sit maior. Constat igitur primā esse adhibendā curā,
vt ei quod uires resoluit, occurrat. Deinde, qm̄ omnīū maximū propriæ essentiæ ratione hoc fini-
ximus, vtq; ad primū te verteris, ac primum id sanes. Vbi id medicocriter se habuerit, ac neq;
vires amplius labet, neq; plurimū vitioli succi in ventriculo sit: tum nimirū ad cām accedes: illud
pro cōperto habens, non posse ad perfectionē vllum affectum sanari, manente adhuc ipsa vnde
vit. 2. f. med. cap. 6. 3. natus est cā. Ordo aut̄ curationis, modo cōtraria inter se remedia, sicut in phlegmone & vlcere,
indicat: (ostenium nanq; est quæ phlegmonen sanant, ea maius reddere vlcus) modo alteri affec-
tui nihil nocet, sicut in proposito nunc casu. Qui. n. educit humorē qui in sinu ventriculi conti-
net, is humorum qui in tunicis continentur alimentum adimit. eque & qui cerebrum ita sanat, ne
quā sensibilem redundantia creet, is veluti fontem fluxionis in ventriculum destruit. In his ergo
ordo curationis cum ordine caufarum consentit, quanq; in alijs dissident. Cæterū, quod ex magni-
tudine spectatur, id distingui, prout dictum est, debet. Ac primum quidē id agendum est, vt ei
quod maximum est, propriam medicamentorum materiem accōmodes: deinde pro caufarum or-
dine totum cures. Etenim cū neq; copia notabilis excrementorū in ventriculo sit, nec eorū quæ
in capacitate eius continentur, nec eorum quæ in tunicis, sed neq; mordicatio quæ viribus offi-
ciat: tum omnium primum sanandū ipsum cerebrum est. Ab hoc sinus ipse ventriculi vacuandus
extergendusq; est: postea ipsæ tunice expurgandæ: postremo intemperiei est medendum. Di-
cta vero prius sunt cuiusq; horum medicamenta. Itaq; nec prolixus habendus adhuc sermo est,
sed finis iam libro imponendus. Omnim, n. reliquarum partitū intemperies similiter ijs quas in
ventriculo proposuimus, sanabuntur. Semper. n. comparandum remedium est, quod sit affectui
contrarium: ac illi remediorum indicatio, quæ à laborantis natura sumitur, adiçienda, de qua di-
ctum in superioribus iam est: dicetur tamen in sequentibus vberius. Necellum vero erit & nunc
paucis de ea mentionem facere.

Methodus indicationum, quæ a lœsa partis natura desinuntur.

CAP. 13.

Prima quidē indicatio à laborantis loci tēperie sumit, q; calfaciendi, refrigerandi, siccandi, vel
humectandi, vel aliquā horū coniuncte cū alio faciendi, mensurā præscribit. Secunda ex eo
sumit, q; actio eius oībus animalis partibus sit cōis, aut q; cōem virtutem subministret. Tertia, ab
ipsa

A ipsa partis figura. Quarta, ab ipsis positura: Cuius portio est ad vicinas animalis partes societas. Tum præter hec oia, ipsa sentiendi, vel acrimonia, vel hebetudo. Ac dicetur qdem in sequentibus de singulis horum latius, nunc paucis ea trascruramus. **I** Quæcumq; calidiores natura partes ex frigore laborent, hæ & liberalius & diutius calfieri postulat: sicuti etiæ quæ frigidiores natura sunt, si ex calore laborent, refrigerari: & sicciores, si ex humiditate male habeant, siccari: Ad eundem vero modū & humectari quæ humidiora naturaliter sunt, vbi ex siccitate laborant, tum vberius, tum diutius postulat. Quippe eatenus redeat ad naturā eorum quodq; necessis est, quatenus à natura recessit: ac veluti quadā via retroferat, quæ in diuersum agat ei, quæ facta in ipso est, transmutationi. **Contra** vero pars quæ calidior natura est, si calido morbo ægrotat, exigua terbrevis ue te poris refrigeratione eget: sicut quæ frigidior est calfacione. Ad quæ modū in humidis quoq; & siccis se habet. Siqdē parvus est in eiusmodi in id quod pter naturā est, lapsus: quare & rursus in id quod secundū naturam, reditus. **V**nde etiæ minus periclitant quicunq; cognato naturæ sua morbo laborant. Non latet vero & quod sicubi conjugate intemperies inciderunt, eatenus hæ reduci ad naturā postulant, quatenus à natura recesserunt. Atq; ita qdem à temperamento laboratis partis, auxiliorū indicatio sumit. Ab eo vero quod actio eius oib⁹ animalis partibus utiles sit, aut paucis qbusdā, aut vni sibi, in ijs intemperiei generibus quæ absq; humore infestant, vtq; nihil ex hac indicatione sumit. Nam & refrigerari, & calfieri, & siccari, & humectari, & pro coiugationē quiduis horū pati singule particulae pro morbi portione requirunt. In ijs tñ quæ ex humoribus sunt ortæ, si particula soli sibi inferviat, auctor vacues licet, prout affectus suadebit, sed tñ etiæ virtuti attētus! Sin necessarium opus eius sit oib⁹ animalis partibus, veluti ventriculi, & iecinoris, nō leuis habenda sollicitudo de robore virtutis est, ne hanc magna semel vacuatione vſus dissoluas. Est porrò cōmune opus, & venarū, & arteriarum, & cordis, & thoracis, & renū, & vtriusq; vesica, tum eius quæ lotium excipit, tum eius quæ bilē, cum vasis etiæ quæ ab vtriaq; procedunt. Cerebri vero opus, cum sani sumus, ad voluntarias actiones necessariū est, ijs. s. instrumētis qbus eiusmodi actiones obim⁹. Cum ægris sumus, necessarium nō est, nisi ijs tñ quæ ad respiratum sunt deputata. Reliquorum vero organorum actio certe nō est: ministerium tñ est ad vitā necessarium, veluti pulmonis, & aspergarterie, & fauciū. Ergo ex eiusmodi particulis quāprimum vacuare redundantiam licet, prout volueris. Ex vetriculo vero, & iecinore vtriusq; vacuare nō licet: sed cum cautione, vt nequid virtutis officias. Quoniam aut non par est actionū dignitas ad egros seruandos, sed alia magis his, aliæ minus vtilea sunt: vtq; ad portionē actionū dignitatis etiæ cuiusq; partis prospiciendū est robori. Maxima igit̄ est cordis officij dignitas, atq; ægrotatiibus maxime oīum necessaria. Cerebri vero ad vitam qdem par est momētum: non tñ par robur eius in egrotis requirimus, cum necesse oib⁹ non sit neruorū ac musculorum opera vti. Itaq; abunde fuerit, si tñ eius seruatum sit, quo respirationis munus sit obeundū. At vero iecinoris opus oib⁹ particulis pernecessarium est: non tñ adeo saltem ppetuum necessitatē habet, sicuti ipsis cordis. Ad portionem aut iecinoris, etiæ ventriculi opus se habet. Intelligens ergo oīum particularum, tum functiones, tum vſus, quos in alijs cōmentarijs tradidimus: haud difficulter inuenies, quatenus cuiusq; robur custodiri oporteat. Ad eundem vero modū & quæcumq; partes alijs authores facultatum sunt, harū quoq; robur seruare decent pro facultatis earum vſus portione: quo videlicet aliis partibus subministrent. Sanè de his particulis illud(arbitror) didicisti, cerebrum neruis ac musculis, cor arterijs, iecur venis suppeditare virtutē. A figura vero indicatio ipsis modi vacuandi excrementi suggesta, ad hunc modum: Ventriculus vomitu deiectionēq; inanitur. Inte-

+ xad 27.170.χgo
si ou est in anis
quod i. brevis
temporis.

vit -i. ap̄h. 39.

B qbusdā, aut vni sibi, in ijs intemperiei generibus quæ absq; humore infestant, vtq; nihil ex hac indicatione sumit. Nam & refrigerari, & calfieri, & siccari, & humectari, & pro coiugationē quiduis horū pati singule particulae pro morbi portione requirunt. In ijs tñ quæ ex humoribus sunt ortæ, si particula soli sibi inferviat, auctor vacues licet, prout affectus suadebit, sed tñ etiæ virtuti attētus! Sin necessarium opus eius sit oib⁹ animalis partibus, veluti ventriculi, & iecinoris, nō leuis habenda sollicitudo de robore virtutis est, ne hanc magna semel vacuatione vſus dissoluas. Est porrò cōmune opus, & venarū, & arteriarum, & cordis, & thoracis, & renū, & vtriusq; vesica, tum eius quæ lotium excipit, tum eius quæ bilē, cum vasis etiæ quæ ab vtriaq; procedunt. Cerebri vero opus, cum sani sumus, ad voluntarias actiones necessariū est, ijs. s. instrumētis qbus eiusmodi actiones obim⁹. Cum ægris sumus, necessarium nō est, nisi ijs tñ quæ ad respiratum sunt deputata. Reliquorum vero organorum actio certe nō est: ministerium tñ est ad vitā necessarium, veluti pulmonis, & aspergarterie, & fauciū. Ergo ex eiusmodi particulis quāprimum vacuare redundantiam licet, prout volueris. Ex vetriculo vero, & iecinore vtriusq; vacuare nō licet: sed cum cautione, vt nequid virtutis officias. Quoniam aut non par est actionū dignitas ad egros seruandos, sed alia magis his, aliæ minus vtilea sunt: vtq; ad portionē actionū dignitatis etiæ cuiusq; partis prospiciendū est robori. Maxima igit̄ est cordis officij dignitas, atq; ægrotatiibus maxime oīum necessaria. Cerebri vero ad vitam qdem par est momētum: non tñ par robur eius in egrotis requirimus, cum necesse oib⁹ non sit neruorū ac musculorum opera vti. Itaq; abunde fuerit, si tñ eius seruatum sit, quo respirationis munus sit obeundū. At vero iecinoris opus oib⁹ particulis pernecessarium est: non tñ adeo saltem ppetuum necessitatē habet, sicuti ipsis cordis. Ad portionem aut iecinoris, etiæ ventriculi opus se habet. Intelligens ergo oīum particularum, tum functiones, tum vſus, quos in alijs cōmentarijs tradidimus: haud difficulter inuenies, quatenus cuiusq; robur custodiri oporteat. Ad eundem vero modū & quæcumq; partes alijs authores facultatum sunt, harū quoq; robur seruare decent pro facultatis earum vſus portione: quo videlicet aliis partibus subministrent. Sanè de his particulis illud(arbitror) didicisti, cerebrum neruis ac musculis, cor arterijs, iecur venis suppeditare virtutē. A figura vero indicatio ipsis modi vacuandi excrementi suggesta, ad hunc modum: Ventriculus vomitu deiectionēq; inanitur. Inte-

D stina deiectione tñ, sicuti etiam iecinoris causa. Renes vero, & vesica, ac iecinoris gibba, si multo vitiolo succo sunt referta, terper deiectiones, & pharmaca deiectoria(Catoterica Gr̄eci vocat) expurgant: sin mediocri, per vrinales meatus: Cerebrū vero pro palatu, & nares, & aures: Pectus & pulmones per asperam arteriā, & fauces. A situ indicatio dabif, tum ad solidarū intemperies, tum aut ad succorū vitium sanie non leuis. Nam qui per summa corporis intemperie laborant, ijs medicamenta quæ intemperies requirit, applicabimus. Quibus aut in pfundo corpore intemperies est, in ijs rationē interuallū inibimus. Si. n. medicamentis ijs vtere quæ intemperies requirit, vtq; multo imbecilliora, quod pro vſu tuo ad locum affectum puenient. Iam ad vacuationes quoq; nō nihil situs indicat, dum societate laboratis particule cum alijs docet. Nam nisi illud cōpertum haberemus, quod cauo iecinoris subiicitur ventriculus, & ieiunum, tum quod ieiuno ipsis tenue intestinum succedit, id vero colon excipit, ac colon, quod appellant rectū: vtq; inuenisse illud nō licuisset, quod iecur & pro aluum, & pro vomitum expurgari possit. Ceterum aptior sit prior vacatio, tanq; vſu iam callentibus intestinis iecinoris supflua tolerare. Non spernēda vero indicatio est, & ea quam sensus partium acuitas hebetudoq; suppeditant: quod omne medicamen contemnunt quæ tardū sunt sensus, etiæ si non leuiter mordeat. At quæ acuti sunt sensus, eorū vires dolore resoluuntur. Expedit igit̄ has nec confertim, nec semel valentibus auxilijs mederi tentes, sed tutō potius in tēpore. At vbi tardus est sensus, in his etiam celeriter obire quod iustum est licet, semel vſis remedio quod sit idoneū. Verum quod supra dixi, de horū indicatione, latius disceptabitur in sequentibus, idquod eo proprie loco, quo de tumorū præter naturam curatione agemus.

+ Alexantig.
ū περὶ τὸν ἀνὸ^ν
τῶν τέταρτον
δέσμων
φημάσιον. i. p
medicamenta
deiectoria quod
gracilhypela-
taquod catote
rica nominat.

Septima Classis,

ggggggg Galeni